

1425. 24/4

Ex Libro Privilegiorum
Capituli Cracoviensis

313.

Bartosio Heredi de Dobrzyca usus
silvarum Radoviensium est prohibi-
tus, ac silentium de receptis secu-
ribus etc. eidem est impositum.

70

Nos Petrus de Falkow Judex, et Za-
visius De Olesnica Subjudex Ter-
re Sandomiriensis Generales. Illi-
versis quibus expedit profitemur pre-
sentium per tenorem. Quod cum Re-
verendus Pater in Christo Dominus
Sigueus Dei Gratia Episcopus Craco-
viensis, ad nostram nostrorumque asse-
sorum presentiam fuisset citatus ad
Instantiam Nobilis Bartosii de
Dobrzyca heredis pro eo quod ipse
Dominus Episcopus familiaribus ip-
sius, in bonis et in sylvis communi-
bus cum ipso, non divisis infra Ra-
dow ipsum mandasset spoliare, et
Secures recipere, ac pro decem mar-
cis damni inde secuti. Tandem ipse
Barthosius Actor existens in causa
eadem Solus in termino eodem non
paruit, et predictus Dominus Epi-
scopus termini attulit contra ipsum
pro premissis. Cujus quidem Domini
Episcopi nos visa aetatione, et pre-

dicti

dicti Actoris non paritione, ipsum Domi-
num Episcopum pro predicta Spoliatio-
ne, et Securium acceptione, ac Damno pro,
notato justificavimus, et presentibus
justificamus, Memorato itaque Bartho-
sio pro eadem impetitione silentium
imponentes perpetuum. In Cujus rei
testimoniium nostra presentibus sigil-
la sunt appensa. Datum. Wislicie
feria tertia proxima post festum Sancti
Adalberti. Anno Domini Millesimo
quadringentesimo Vigesimo quinto.
Presentibus hiis Dominis, Joanne de
Gora, Dobkone de Lonszyce, Marci-
schio de Krconowicze, Leonardo de A-
dampcravicze, Ducifio de Kostky, Stepha-
no de Mezgora heredibus, et aliis
multis fide dignis. Scriptum per ma-
nus Honorabilis Nicolai Custodis Ec-
clesie Opatoviensis nostri protunc No-
tarii.